



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXVIII. Item Apennis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

& dominatione eius permaneat. Et per hoc præceptum, plenius in Dei nomine circa eum suffultum, atque confirmatum, absque ullius inquietudine, teneat & possideat, suisque posteris, aut cuicumque voluerit ad possidendum derelinquat. Quam vero auctoritatem propria manu subterroborare decreuimus.

XXVIII. *ITEM APENNIS.*

Consuetudine huius loci, vel etiam legis terrenæ iustitiæ, constat esse prospectum, ut quicumque ab incendiis, vel hostibus, seu à latronibus fuerit perpeffus dispendium, oportet hoc casu in foro publico vel ciuitate, cum curia publica & defensore, vel reliquis ciuibus publicare. Idcirco non habetur percognitum, qualiter homo nomine ille, per timorem illius qui Turonus ciuitatem anno præfente

hostiliter venit, & multa mala ibidem perpetravit, instrumenta sua de locis denominatis illis, vel de diuersis facultatibus suis, subtus terram in villa illa misit, & ibidem cõputruerunt & perierunt. Propterea ei necesse fuit, vt vna cum notitia pagensium, qui hoc cognitum bene habebant, Turonus ciuitate apennem exinde deberent adfirmare; vt quantumcumque per ipsa instrumenta, tam in terris, quam in mancipiis, seu & reliquis rebus, sicut vsque nunc quieto ordine tenuit & possedit, ita & admodum liceat inantea ipsas res quietè tenere & possidere, & cui voluerit, Christo auxiliante, derelinquere. Vnde cõuenit, vt duæ epistolæ, vno tenore conscriptæ, exinde fieri vel adfirmari deberent, vt vna in foro publico in ipsa ciuitate sit adfixa, aliam vero ipse secum pro cautela & tempo-

ribus futuris apud se retineat, vt si ei inantea necesse fuerit, in praesentia Regis, aut principis loci sit proferenda.

XXIX. EDITIO LEGIBVS
comprehensa.

L Ex Romana pro vtilitate humani generis exposcit, vt si quando cuiuscumque iniusta appellatio comprobatur, sumptus quos post appellationem aduersarium suum accusator compulit sustinere, non in simplum ei, sed in quadruplum ab accusatore cogatur restitui. Igitur ego in Dei nomine ille, dum non est incognitum, qualiter apud te homo ille, nomine illo, in rationes publicas, ante illustrem virum illum, vel reliquos viros, qui subter tenentur inferti, Turonus civitatem adsteti, de aliquibus locellis, nuncupantibus illis, sitis in pa-